matris, ac ſimilibus *parabolis*, ſemotâ imperfectione creaturæ, *voluntas & perfectio* notatur;

28. quæ multo *plus eſt in effectu*, quàm ira, amor, dolor, deſiderium, miſericordia paterna, materna, in hominibus eſſe ſolet.

29. Quanquam interim nec *eſſentia* Dei æterna & abſoluta; nec mirabilis & *πολυποίκιλος œconomia* Dei à nobis comprehendi poſſit:

30. Sed omnis *ratio* humana in obſequium fidei & verbi divini, humiliter *captivanda* ſit.

QUÆSTIONES.

1. *An omnia Dei attributa interna ſint ipſe Deus?* A.
2. *An Deus ſit ubique ſubſtantialiter & indiviſè præſens?* A.
3. *An ſit mutabilis, ſaltem affectu intus propriè & voluntate?* N.
4. *An Trinitas perſonarũ, ſeu agentiũ rationaliter & completè, repugnet eſſentiæ unitati?* N.

DISP.